Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

dicentes intra se penitenciam agentes: et pre angustia spe
gentientes. Hi sunt quos habuimus aliquando in derisu:
et in similitudinem improperij. Nos insensati vitam illorum
estimabamus insaniam: et finem illorum sine honore. Ecce
quomodo computati sunt inter filios dei: et inter sanctos
sors illorum est. Secundum lucam.

Illo t: D·i·d·s. Non turbetur cor vestrum: Creditis in
deum: et in me credite. In domo patris mei mansiones
multe sunt. Si quo minus dixissem vobis. quia vado
parare vobis locum. Et si abiero et preparavero vobis locum:
iterum veniam et accipiam vos ad me ipsum. ut ubi sum ego et
vos sitis. Et quo ego vado scitis. et viam meam scitis.
Dicit ei thomas. Domine nescimus quo vadis: et quo
modo possumus viam scire: Dicit ei ihe. Ego sum
via veritas et vita. Nemo venit ad patrem nisi per
me. Si cognovisstis me et patrem meum utique cog
novisstis. et amodo cognoscetis eum et vidistis eum. Dic
ei philippus. Domine ostende nobis patrem: et sufficit no
bis. Dicit ei ihe. Tanto tempore vobiscum sum et non
cognovistis me. Philippe qui videt me: videt et pre
Quomodo tu dicis ostende nobis patrem: Non credis q
ego in patre: et pater in me est. Verba que ego loquor
vobis. a me non loquor. Pater autem in me manens
ipse facit opera. Non creditis quia ego in patre: et pater
in me est. Alioquin: propter opera ipsa credite. Amen
amen dico vobis. qui credit in me opa que ego facio. et
ipse faciet. et maiora horum faciet: quia ego ad patrem
vado. et quodcumque petieritis in nomine meo hoc faciam.
Alexandri. Eventij et Theodori. ccc. Sancti pfidem.